



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

Caput VI. Circumspecte commutandæ sunt ultimæ voluntates.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. „debet in cultu divino præstare, sub
 A.C. 1562. „eisdem & aliis etiam gravioribus po-
 „nis arbitrio eorum imponendis. Nec
 „aliis in posterum fiat provisio, nisi iis
 „qui ætatem, & ceteras habilitates in-
 „tegre habere dignoscuntur, aliter in-
 „rita sit provisio.

CAPUT V.

Committantur Episcopo dispensationes extra curiam, & ab eo examinentur.

„Dispensationes quacunque auctoritate concedendæ, si extra Romanam Curiam committendæ erunt, committantur Ordinariis illorum, qui eas impetraverint. Eæ vero, quæ gratiose concedentur, suum non sortiantur effectum, nisi primo ab eisdem, tantquam Delegatis Apostolicis, summarie tantum & extrajudicialiter cognoscatur, expressas preces subreptionis, vel obreptionis vitio non subiacere.

CAPUT VI.

Circumspecte commutandæ sunt ultimæ voluntates.

„In commutationibus ultimarum voluntatum, quæ non nisi ex justa, & necessaria causa fieri debent, Episcopi, tanquam delegati Sedis Apostolicæ, summarie & extrajudicialiter cognoscantur.

„gnoscant, nihil in precibus, tacita ve-
 „ritate vel suggesta falsitate fuisse nar-
 „ratum, priusquam commutationes præ-
 „dictæ executioni demandentur.

Episcopus tanquam superior Eccle-
 siasticus est interpretis voluntatis defuncti
 Testatoris nam hæc prærogativa eidem
 ex jure competit, uti Gregorius IX. in
 sua decretali (*) declarabat, cui etiam
 apprime consona sunt capituli præceden-
 tis verba. Maxime tamen observan-
 dum est, quod, dum dicitur, solum Epif-
 copum interpretem esse voluntatis de-
 functi, id intelligendum sit de casu, u-
 bi nulla lis est mota circa summam hæ-
 reditariam, si enim circa illam lis mo-
 vetur, tunc juxta Franciæ jura, illius
 decisio ad Regium Judicem pertinet,
 quin obstet statutum Concilii Tridentini,
 cujus decretum circa hunc articulum
 in regno non est receptum.

CAPUT VII.

*Innovatur decretum Innocentii IV. Papæ
 de appellationibus ad Judices
 superiores.*

„Legati & Nuntii Apostolici, Patriar-
 „chæ, Primates, & Metropolitanæ,
 „in appellationibus ad eos interpositis,
 in

(*) Greg. IX. in c. *Tua nobis.* 17. de Te-
 stamenti &c.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1562.